Iuris dictio, et eti le neant subire iudicium eius. ¶ Item nō prit acceptare iudicium eius qn sint christiani, nullo .n. alio iure papa eos pt cōdemnare aut punire q nisi qr viciauit christi, sed isti fatent tan innocē qd aug. archi-qz archidiaconus et sibi ... prit punire, qr nō recipiūt iudicium pape hoc .n. presupponit illud. ¶ Vltimo qr nec iste titulus nec exemplū sufficiens qd ē in veteri testamento ubi eti armis res gerebant nū qz populus irruebat in eos aut puniit terras infidelium, uel qr erant infideles et idolatres, uel qz sicut alia pena cotanaam q multifariam qr erant idolatre, et alia pena cotanaas ei hebant vt qsacrificabant filios et filias suas de moni[bus], uel ex spāli dono dei, uel qr transitū impediebant uel eos offendebant. ¶ Item qd isti vocat profite-

ri legē nām et ei agnoscere, nō tolam cognoscunt, sed si vellē facere legem nām sicu vellent servare .q. nō magis profitet legem nām q christiana. ¶ Item prsci, to maiore probatio homo ad obseruandam legē chri ē ā deo et eē vera q ad probandā qformitat gmala vel qreda aliena ē lege nāli prohibita, sed si prit cogi ad suādam legem nām qr probari pt, q. ēt ad obseruatio legis euāg.

2 8us restat Alius titulus qpotende .i. pr electiō volentariā hispani n. cū ad barbaros puenerint significant eis qui ad modū Rex hispanie mittit eos pro cōmodis eor, et admonet eos ut eam prege suo recipiāt et acceptent, et illi respondeat placere sibi placere sibi. Nihil tam nālex qm vō dni volentis rem suam in aliū transferre mittit. de rer. diuisiō. §. si traditio.

2 cōclo qr nec iste titulus qz idoneus prōpter qr deberet abesse metus uel ignorantia q vitiāt oēs electiōes et sic maxime interueniunt in aliis electio[nibus] et acceptatio[nibus], nesciunt .n. barbari qd faciant seu forte nō intelligunt qd petunt hispani. ¶ Item hoc petunt circumstantes armati ab inbelli turba et meticulosa. ¶ Item cū illi iam habeant dnos et prin-cipes nō pt populus sine aliqua rōnabili cā accersere nouos dnos, qd est in detrimētū priorum. ¶ Item nec ecōtrario ipsi principes sine illo pnt nouū principē creare sine cōsensu populi. Cum q. in huiusmodi electio[nibus] et acceptatio[nibus] nō cōcurrāt oīa requisita ad legitimā electioēm, ideo ille titulus nō qz idoneus nec legitimus ad capessendas et obtinēdas illas prouincias. ||

2 7us titulus q posset prendi, eē posset .s. ex spāli dono dei, quod .n. nescio qd, qrdeus in suo peculiari iudicio cōdemnauit istos barbaros pter abominationes suas et tradidit eos in manibus christianorum. Sicut olim christianos in manibus iudeorum, et de hoc nolo multū disputare qr periculose crederet alicui prophetiā afferenti cōtra cōes legē et cōtra regulas scripture nisi miraculis cōfirmarent doctrinā qm nulla pferunt ab huiusmodi prophetis. ¶ Item qr ita eēt qd dns decreuisset barbaros facere perditionē iustitia, nō tn ideo sequē q reo eos perderet, eēt sine culpa, sicut nec erant sine culpa reges babilonis qui cōtra hierosolimā ducebāt exercitum et filios isrl̄ in captiuitatē ducebāt, ...

totum erat ex speciali providentia dei sicut ipse illis qui dedit est, nec Jeroboam licite defecerit populus israel a Roboam quamvis hoc factum sit consilio dei sicut dominus ipse etiam comminatus fuerat, et etiam secluso peccato infidelitatis non sunt maiora peccata in moribus apud alienos christianos quam sunt inter illos barbaros / Scriptum 1. Joh. 4. nolite credere omni spiritui, sed probate spiritum si ex deo sit, et ut ait S. Tho. 1. 2. q. 68. donum a spiritu sancto accipiendum est / unde ubi fides aut auctoritas aut evidentia ostendit quod agendum est non est recurrendum ad dona ad recipiendum fulgis titulus provinciarum barbarorum. / Ego nolo quia nihil video scriptum de hac quod nec unquam interfui deliberationi aut consilio de hac re. unde fieri potest quod alii fundent titulum et iustitiam huius negotiationis principaliter in aliquo predictorum locorum non sine ratione aliqua, sed ego hactenus non possum intelligere nisi quod dictum est, unde si non esset titulus alius quam isti profecto male consultum est s. saluti principum vel saltem eorum ad quos spectat hoc dirigere nam principes sequuntur aliorum consilium quod per se examinare non possunt. / quid prodest homini si totum mundum lucretur se ipsum vero perdat et detrimentum sui faciat. math. 16. et mar. 8. et luc. 9. /

Primus titulus potest vocari naturalis societatis nunc dicam de titulis legitimis et idoneis quorum barbari potuerunt venire in ditionem hispanorum, et circa hoc sit

p.a conclusio. hispani habent ius peregrinandi in illas provincias et degendi, sine tamen aliquo nocumento barbarorum, nec possunt ab illis prohiberi. probatur p.o ex iure gentium quod vel est ius naturale vel derivatur ex iure naturali. Justi. de iure nat. gentium, quod naturalis ratio inter omnes gentes constituit vocatur ius gentium, apud omnes n. nationes habetur inhumanum sine aliqua causa speciali hospites et peregrinos nolle recipere. e contrario autem humanum et officiosum se bene habere erga hospites, quod non esset si peregrini malefacerent accedentes ad alienas nationes. 2.o quia a principio orbis cum omnia essent communia licebat unicuique peregrinari et tendere in quamcumque regionem vellet, non autem videtur hoc demptum per rerum divisionem, non n. fuit intentio gentium per illam rerum divisionem tollere hominum communicationem, et certe tempore Noe fuisset inhumanum /

3.o omnia quae licent non sunt prohibita aut alias sunt sine iniuria aut detrimento aliorum, sed ut supponimus talis peregrinatio hispanorum est sine iniuria aut damno barbarorum ergo est licita. /

4.o non liceret gallis prohibere hispanos a peregrinatione galliae vel habitatione aut econtra si nullo modo cederet in damnum illorum vel facerent iniuriam, ergo nec barbaris. /

Item exilium est poena inter capitales ergo non licet relegare hospites sine culpa. /

UGR Biblioteca Universitaria

Item 6º lege est maior bellu prohibere aliquos tanquam hostes a civitate vel a provin
tia vel expellere iam exceptos. Cum ergo barbari non habeant iusti belli contra
hispanos suppositio quod sint innoxii, ergo non licebit prohibere hispanos a patria sua
Item 7º quod gens hoc habeat que est tan barbara, hunc morem permittit patria, hospitioque
habeant advenae. Item 8º omne animal diligit sibi simile Eccli. c. 13. ergo amicitia ad omnes homines est de iure naturali, et contra naturam est violare consortium hominum innoxiorum. Item facit illud math. 25. hospes eram et non collegistis me. Unde
iure naturali videtur recipere hospites, quae illud in dictum statuerunt ab omnibus.
Item ideo iure naturali omnia sunt omnibus aer, aqua, profluens mare item flumina et portus et naves iure gentium undecunque licet applicare, instituta de rerum divisione, et eadem ratione vis publica quod nemini licet ab illis prohibere.
ex quo sequitur quod barbari iniuriam facerent christianis hispanis si prohiberent illos
a suis regionibus.
Item 9º ipsi admittunt omnes alios barbaros unde facerent iniuriam non
admittentes christianos. Item 12. quod si hispanis non liceret peregrinari apud
illos vel hoc esset iure naturali aut divino vel humano prohibitum sed in humana
esset lex naturae vel divina quae hoc prohiberet, nec est rationabilis ut pars non
haberet vim legis. Item 13. vel hispani sunt subditi illorum vel non, si
non sunt subditi ergo non possunt prohiberi, si sunt subditi ergo debent bene tractare illos. Item 14. hispani sunt proximi barbarorum ut patet ex evangelio lucae
10. de samaritana sed tenentur diligere proximos math. 22. sicut se
ipsos ergo non licet illos prohibere a patria sua sine culpa aut causa.
Itaque de doctrina christiana dicit cum deus diliges proximum tuum manifestum est omnes
homines proximos esse.

2º quod licet hispanis negotiari apud illos sine damno patriae puta portando merces quibus illi carent, et adducentes vel aurum vel argentum vel
aliam quibus illi abundant, nec principes eorum possunt impedire subditos suos ne exerceant commercium hispanis, nec contra hispanos cum illis. Probatur ex primo
quod hoc etiam videtur esse ius gentium ut sine detrimento civium peregrini commercia exerceant. Item 2º eodem modo probatur, cum hoc liceat iure divino quod lex quae
prohiberet sine causa non esset rationabilis. Item 3º sicut pro quo tenetur diligere hispanos
ergo non licet eis sibi fieri sine detrimento illorum prohibere eos a commodis suis
sine causa. Item 4º videretur facere contra illud proverbium non facias alteri quod
tibi non vis, et in summa certum est quod non plus possunt barbari prohibere hispanos a commercio suo quam christiani possunt prohibere alios christianos, certum est autem
quod si hispani prohiberent gallos a commercio hispanorum non propter bonum hispani sed ne galli acciperent aliquam utilitatem, lex esset iniqua et contra charitatem,
si autem lege caveri hoc iuste non potest nec est facta facti quia lex non esset iniqua
nisi propter exceptionem legis et aliis ff. de iustitia et iure velut unde
in rationem cognationem quandam natura constituit unde contra ius naturale est hominem
hominem [illegible] non [illegible] [illegible] et mali [illegible] sed homo.

UGR Biblioteca Universitaria

3a. q. si qui sunt apud barbaros communia tam civibus quam hospitibus, non licet bar-
baris prohibere hispanos a communicatione et participatione illorum. V. g. si
aliis peregrinis licet vel effodere aurum in agro communi vel ex fluminibus vel
piscari margaritas in mari vel in flumine, non possunt hispanos prohibere
eo modo dumtaxat quo aliis licet, illa et similia, cum cives et nostri non graventur.
Hoc probatur ex prima et 2a. nam si licet hispanis peregrinari et negotiari et ne-
gotiari apud eos, ergo licet eis uti legibus et commodis omnium peregrinorum.
Item 2o. quae in nullius sunt iure gentium sunt occupantis, institu.
de rerum divi. § ferae bestiae. ergo si aurum in agro vel margarita in
mari aut aliquid quodcumque in fluminibus non est appropriatum, iure nat. erit
occupantis, sicut pisces in mari.
Et quidem multa videntur hic procedere ex iure gentium, quod quia ex iure natu-
rali derivatur sufficienter, ex iure naturali habet manifestam vim ad
dandum ius et obligandum, et dato quod non semper derivetur ex iure
naturali, satis videtur esse consensus maioris partis totius orbis maxime pro bono
communi omnium. Si enim post prima tempora creati orbis aut re-
parati post diluvium maior pars hominum constitueret ut legati
ubique essent inviolabiles, et mare esset commune, et bello capti servi, et
hoc ita expediret ut hospites non exigerentur, certe hoc haberet
vim aliis repugnantibus.
4a. q. immo si ex aliquo hispano nascantur ibi liberi et vellent esse
cives, non videtur quod possint prohiberi vel a civitate vel a commodis aliorum civium,
dico ex parentibus habentibus illic domicilium. probatur quia hoc videtur esse de iure
gentium ut civis dicatur qui natus est in civitate, ff. de appella. l. civis.
Et confirmatur quia cum homo sit animal civile, talis natus in una civitate non est civis al-
terius civitatis; si ergo non esset civis illius, non esset civis alicuius civitatis, quod
impediret ius naturale gentium. Immo videtur quod si qui vellent accipere domicilium
in aliqua civitate illorum, vel accipiendo uxorem vel alia ratione qua alii
peregrini solent fieri cives, non videtur quod possint prohiberi plus quam alii, et per consequens
gaudere privilegiis civium sicut alii, modo subeant onera alia.
Et favent hospitalitati commendationes, 1. Petri 4. hospitales invicem,
et 1. ad Timo. 3. de episcopo: oportet episcopum hospitalem esse. Unde e contra
nolle accipere hospites et peregrinos videtur in se malum.
5a. q. si barbari vellent hispanos in supradictis prohibere a communicatione
vel ab aliis quae dicta sunt de iure gentium, debent primo ratione et suasionibus tollere scan-
dalum et ostendere se ratione non venire ad nocendum illis, sed paci-
fice velle hospitari et peregrinari sine aliquo incommodo illorum,
et hoc non solum verbis sed etiam ratione ostendere. Sapientem decet
prius verbis experiri quam armis. quod si reddita ratione barbari nollent ac-

UGR Biblioteca Universitaria

aggredere sed vellent vi agere hispani possunt se defendere et omnia agere ad
securitatem suam convenienter quia vim vi repellere licet. / non solum hoc sed
quia aliter fieri non potest possunt arces et munitiones edificare, et si acceperunt injuriam
poterunt illa auctoritate principis bello prosequi, et alia belli jura agere probatur quia
belli justa est ad propulsandam et vindicandam injuriam ut supra probatum est ex s.
tho. 2a 2e q. 40. sed barbari persistentes in repugnantia hispanos faciunt eis injuriam
quia est necesse eis ad obtinendum jus suum bellum agere, possunt licite hoc facere
sed est notandum quod cum barbari isti sint a natura meticulosi et alias stulti et stolidi
quantumcumque hispani velint facere illos securos a timore, et de aere illos
securos de pacifica conversatione hispanorum, possunt adhuc merito timere videntes
homines cultu extraneo et armatos et multo potentiores se, et ideo si commoti
hoc timore concurrerent ad exigendos vel occidendos hispanos, liceret quidem
christianis se defendere servato moderamine inculpate tutele, nec alia belli
jura licerent, puta vel parta victoria et securitate occidere illos vel
expoliare illos aut occupare civitates illorum quia in illo casu sunt innocentes, aut
merito timent ut supponimus et ideo debent hispani se tueri, sed debet
fieri quantum fieri possit cum minimo detrimento illorum, quia est bellum tamen pure de-
fensivum, nec est inconveniens quod cum ex una parte est jus et ex altera ignorantia
invincibilis quod sit bellum justum ex utraque parte, ut si galli tenerent burgundiam
cum probabili ignorantia credentes pertinere ad eos, imperator autem habet jus ad illam
provinciam certum est quod potest bello repetere, et illi defendere illi, sic potest con-
tingere cum barbaris, et hoc est multum considerandum novatores et injuriosos
alia adversus ignorantes et aliter vadendum est secundum regulam physici
et aliter pusillos et infirmos.

8a. q. si omnibus istis tentatis hispani non possunt consequi securitatem et pacem cum
istis barbaris nisi occupando civitates suas et licet facere quia finis belli est pax
et securitas ut dicit aug. ad bonifacium post quod vidit quod licet hispanis bella
vel gerere vel cum sine eorum injuria .q. est omnia facere necessaria ad finem belli
scilicet ad obtinendam securitatem et pacem. /

7a. concl. immo postquam hispani omni diligentia et re et verbo ostendissent non
stare per eos quin barbari pacifice et sine damno suarum rerum degant, nihilo-
minus barbari perseverent in malitia sua et conati dederint ad perditionem hispanorum
jam tunc non tamquam innocentibus, sed tamquam perfidis hostibus agere possunt, et omnia
belli jura in illos prosequi et expoliari illos et in captivitatem redigere et dominos
deponere et novos constituere, moderate tamen pro qualitate rei et injuriarum, hic conclusio
satis patet quia si licet eis bellum inducere ergo et jura belli prosequi. /

Et consequentia quia non debent esse melioris conditionis quam sunt infideles, sed his omnia lice-
ret adversus christianos si semel esset justum bellum ergo et licet adversus illos. //

Item hoc est quia de jure gentium omnia capta in bello fiunt victoris, hoc habetur in l. si quid
in bello, et l. hostes ff. de captivis. et inst. jus gentium, p. dis. et expressius instit.

derecho diuisio. §. item q ab hostibus ubi dr q in jure gētiū q̄ ab
hostibus capiunt' nrā fiant statim, adeo q̄ etiā liberi hōies in nrā seruit.
addicant' / Item q̄ invaditores in iniā debello. p̄ncipes q̄ hēt justū
bellū fit ipso jure judex hostiū supr eos jurisdicē punire & cōdemnare
p̄ qualitate iniuriae. / Et cōfirmat oīa supradicta q̄ legati jure gentiū
sunt inuiolabiles, sed hispani sunt legati hispanorum christianorum q̄ bar-
bari tenent' eos audire saltem benignius et rōne pellere. / 2s tit.
est p̄ titulus quo hispani licite potuerint occupare provincias et p̄nci-
patū barbarorum nō fiat sine dolo & fraude et ne q̄ram fictas causas be-
lli, si .n. barbari p̄mitterent hispanos p̄ acipere negotiari apud illos
nulla possent ex hac p̄ barte hispani p̄tendere justā cām occupādi bona
illorum nō plus q̄ christianorum.

2 2us titulus p̄t esse cā religionis christianae propagandae - p̄ quo sit
1o. q̄ christiani hent jus p̄dicādi evangelium in prouinciis barbarorum
hic nolagit ex illo p̄dicate evangelium oī creaturae / Item verbū dei
nō est alligatū ex ad thi. 2. / 2o q̄ ex p̄dictis q̄ si hēnt
jus peregrinandi et negotiandi apud illos ergo possunt docere veritatem volētibus
audire max.e de spectātibus ad salutē et felicitatem multo magis q̄ aliquā
humanā disciplinā / 3o q̄ aliquin illi essent ex statu salutis si
nō liceret christianos ire ad eos ad annunciandum evangelium / 4o q̄ correc-
tio fraterna est de jure nāli sicut et dilectio ac oēs illi sint nō solum in
peccatis sed etiā ex statu salutis, ergo ad christianos spectat corrigere illos,
dirigere illos imo tēneantur adhoc. / 5o et vltimo sunt p̄ximi unicuique
dictū est vnicuique mandauit deus de p̄ximo suo Eccl. 17. ergo spectat ad
christianos instruere illos ignorātes de diuinis rebus.

2 2o q. hinc sequitur cū id liceat oībus christianis, tū papa potuit hoc
negotiū mādare hispanis et interdicere oībus aliis / p̄bat q̄ licet papa,
ut supra disputatū est, nō sit dnus tēporalium tū hēt p̄tatem in temporalibus in
ordine ad spiritualia, ergo cū spectet ad papā p̄ncipaliter curare p̄motionē
Evangelii in totis provinciis, cō modius possint p̄ncipes christiani dare operam
sibi q̄ eis cōmittere et interdicere oībus aliis, et nō solum interdi-
cere p̄dicationes sed etiā cōmercia si hoc ita expediat ad religionis
propagationē, q̄ p̄t ordinare temporalia sicut expedit spiritualibus, si q̄
hoc ita expedit ergo spectat ad auctoritatem et potestatem Summi Pontificis /
sed oīno decet ita expedire q̄ si indiscrete et indiscriminatim ex
aliis provinciis christianorum cōcurrerent ad istas regiones possent ad
inuicē se facile impedire et excitari seditiones unde et evangelium
turbaret' et impediret' negotium fidei, et cōuersio barbarorum. /
et p. cū p̄ncipes hispani suis auspiciis et sumptibus primi omnium eam
navigationē sua aggressi et tam feliciter nouum inuenerint orbem, justum est

ut ea peregrinatio aliis interdicat, et ipsi soli fruant' incenti sic. n. & pace
constituenda inter principes, et religio[n]e amplificanda ... pa...
Sarracenos inter principes christianos ita distribuere, ne alius in alterius pro...
transeat, sicut et posset eo modo religionis principes creare et max. ubi
nulli ante fuissent principes christiani.

2 5o. q. Si barbari permittant christianos libere et sine impedimento praedicare evang.
sive illi recipiant evangelium sive non recipiant, non licet hac ratione illis inferre
bellum, nec alias occupare terras eorum, haec probata est sup. ubi consuluntur
4m titulum. et patet ex ... quod bellum justum ubi nulla praecessit injuria. 22 q. 40 ar. 1.

Si barbari sive domini vel sive ipsa multitudo impediat hispanos quominus libere annuntient Evangelium hispani reddita prius ratione ad tollendum scandalum possunt illis invitis praedicare et dare operam ad conversionem gentis et si opus propter hoc bellum suscipere vel facere. i. inferre quousque parant oportunitatem et securitatem praedicandi Evangelium. Idemque judicium si etiam permittentes praedicationes impediant conversiones occidentes vel castigantes conversos ad christum, vel minis aut terroribus aliis deterrentes. Hoc patet quia faciunt in hoc barbari injuriam hispanis ut patet ex dictis praecedentibus ergo habent justam causam belli. Secundo. Quia impedirent bonum ipsorum barbarorum quod principes eorum non possunt impedire juste, quia in favorem eorum qui opprimuntur et patiuntur injuriam possunt hispani movere bellum, max. cum res sit tanti momenti. Ex hac quoque conclusione patet quod etiam hac ratione si aliter religionis negotium procurari non potest licet hispanis occupare terras et provincias eorum et novos dominos creare et antiquos deponere, et omnia alia agere, et prosequi jure belli quae in aliis bellis justis fieri licite possunt. Quantumque modo et ratione ne ultra procedat quam oportuerit et potius de proprio jure remittendo quam alieno invadendo, et semper omnia dirigendo ad bonum quam ad proprium quaestum. Sed considerandum valde est quod apostolus dicit. 1. cor. 6. omnia mihi licent sed non omnia expediunt. Haec. n. quae dicta sunt intelliguntur per se loquendo fieri. n. potest ut per haec bella et cedes et spolia potius impediatur conversio barbarorum quam quaeretur et propagaretur. Et ideo in primis hoc est cavendum ne offendiculum ponatur Evangelio. Si. n. ponatur erit ab hac ratione evangelizandi cessandum et alia via erit inveniendum, sed nos ostendimus quod per se liceat. Secundo dubito quin bella fuerint vi et armis ut possint hispani illuc pervenire, sed timeo ne ultra res progressa sit quam jus fas quod permittebat. Ista quoque potuit esse cum titulus legitimus quomodo barbari potuerint cadere in ditionem christianorum hispanorum. Sed semper attendendum proximo quod statim dictum est ne hoc quod per se licitum est reddatur malum ex circumstantia, quia bonum est ex integra causa, malum autem ex quocumque defectu ex Arist. 3 Ethi. Dionysium 4. c. de divinis nominibus.

UGR Biblioteca Universitaria

3us titulus potest esse quaerimur ex isto, scilicet si aliqui ex barbaris conversi
sunt ad christum et principes eorum vi aut metu volunt eos revocare ad
idolatriam, hispani ex hac ratione possunt, si alia via non possunt,
movere bellum et cogere barbaros ut desistant ab illa iniuria, et contra
pertinaces iura belli prosequi, et per consequens etiam aliquando dominos deponere sicut in
aliis bellis iustis, et iste potest poni 3us titulus legitimus non solum
titulo religionis sed etiam amicitiae et societatis humanae, ex hoc enim quod
aliqui barbari sunt conversi ad fidem christianam sunt facti amici et socii
christianorum et debemus operari bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fi-
dei ad gala. 6. //

4us titulus potest esse si bona pars barbarorum conversa esset ad christum sive
iure sive iniuria sive minis sive terroribus et non iuste quando ipsi sunt
vere christiani, papa posset ex rationabili causa vel ipsis petentibus
vel non petentibus dare principem christianum et auferre alios dominos infideles
et hoc quia si ita expediret ad conservationem religionis christianae quia timeret
ne sub dominis infidelibus apostatassent a fide vel occasione illa gravarentur
a suis dominis in favorem fidei papa potest mutare dominos, et ecce quod
ut doctores dicunt expresse, ut s. Tho. 22. q. 10. ar. 10. Et ita possent
omnes servos christianos qui serviunt infidelibus liberare ex iure, etsi alias
essent legitimi captivi, et hoc expresse dicit Innocentius in illo c.
quod super his de vo. et vo. re. aut c. super his qui vi me. ve ca. fuit
quia magis poterit liberare alios subditos christianos qui non sunt tam astric-
ti iuris servi, et ecce quod etiam vel plus tenentur uxores viris, sicut servi do-
minis, cum illud vinculum sit iuris divini, sed in favorem fidei libe-
ratur uxor fidelis ab infideli viro si maritus sit ei molestus pro
religione ut patet ex glo. 1. ad cor. 7. et c. quanto de divortiis, nam
ita consuetum est quod ipso facto quod alter coniugum convertitur ad fidem libe-
ratur ab alio coniuge infideli, quia etiam ratione in favorem dei ad vitandum
periculum potest liberare omnes christianos ab obedientia et subiectione do-
minorum infidelium seclusa scandalo. Et iste ponitur 4us titulus legitimus //

5us titulus potest esse propter tyrannidem vel ipsorum dominorum apud barbaros vel
etiam propter leges christianas, et iniuriam innocentium ut puta quia sacrificant
homines innocentes vel aliquos occidunt indemnatos ad vescendum car-
nibus eorum, dico enim quod etiam sine auctoritate papae possunt christiani principes
prohibere barbaros omni nefaria consuetudine et ritu quia possunt defendere
innocentes a morte iniusta, hoc probatur quia unicuique mandavit deus
de proximo suo et illi omnes sunt proximi, quia quilibet potest defendere illos
a tali tyrannide et oppressione, et maxime spectat hoc ad principes. //

Item proverbi. 24. eruere qui ducuntur ad mortem, et qui trahuntur ad
interitum libera, nec est quod hoc solum intelligatur cum actu

UGR Biblioteca Universitaria

ducant ad mortem sed etiam possunt cogere barbaros ut cessent a tali ritu et si
nolunt hac ratione potest eis bellum inferri, et jure belli in eos procedi et si aliter
non potest tolli sacrilegus ritus possunt mutare veros dominos et novum principem
inducere, et quantum ad hoc habet verum illa opinio Innocentii et Archi-
episcopi quod pro peccatis contra naturam possunt puniri, intelligendum enim quod
ubi sunt in detrimentum innocentium, ut sunt haec quod faciunt prohibentur, scilicet
sacrificare innocentes et in esum convertere, neque obstat quod omnes bar-
bari consentiant huiusmodi leges et sacrificia, neque volunt se super hoc
vindicari ab hispanis, in his enim non ita sunt sui juris ut possint
vel filios suos vel se tradere ad mortem, et iste posset esse 5us titulus.
2 6us titulus posset esse per veram et voluntariam electionem puta si barbari
ipsi intelligentes et prudentem administrationem et humanitatem
hispanorum ultro vellent accipere in regem et principem hispaniae tam domini quam
alii, hoc enim fieri posset ut esset legitimus titulus etiam de jure naturali, quilibet
enim respublica potest constituere sibi dominum neque ad hoc esset necessarius consensus
omnium, sed videtur sufficere consensus maioris partis, quia sicut alias disputa-
tum in his quae spectant ad bonum reipublicae ita quod constituunt a maiori
parte tenent, etiam aliis contradicentibus, alias nihil posset geri pro
utilitate reipublicae, cum difficile sit omnes convenire in unam sententiam, unde
si in aliqua civitate vel provincia maior pars esset christianorum, et illi
in favorem fidei vel pro bono communi vellent habere principem christianum
credo quod possent eligere etiam aliis invitis, et relinquendo alios dominos in-
fideles, et dico quod possent eligere principem non solum sibi, sed toti
reipublicae sicut et galli pro bono suae reipublicae mutaverunt principes et
ablato regno a Federico tradiderunt Pipino Caroli magni patri
quam mutationem Zacharias pontifex comprobavit, et sic potest poni iste
iste sextus titulus.
2 7us titulus posset esse causa sociorum et amicorum, cum enim ipsi barbari inter se
gerant aliquando legitima bella et pars quae iniuriam passa est habeat ius
inferendi bella, posset accersere hispanos in auxilium et praemia victoriae
illis communicare ut fertur fecisse Talascaltecani contra mexicanos qui
cum hispanis composuerunt ut eos juvarent ad bellandos mexicanos, habere
autem quicquid jure belli ad eos spectare poterat, quia enim haec sit justa causa
belli pro sociis et amicis non est dubium ut declarat Cajetanus 22. q.
40. ar. 1. quia quaeque respublica advocare extraneos ad vindicandum
de inimicis sicut contra intraneos malefactores, et confirmatur quia pro-
fecto hac maxime ratione Romani dilataverunt imperium dum scilicet sociis
et amicis auxilium portabant, et ea occasione justa bella suscipi-

UGR Biblioteca Universitaria

suscipientes iure belli in possessionem novarum provinciarum veniebant
Et tamen imperium Romanum approbat tanquam legitimum Augustinus lib. 18. de
civitate dei, et d. Tho. opusc. 20. et Silvester Constantinum magnum
et pro imperatore habuit et Ambrosius et Theodosium, nec videtur alio quo alio
iure dicto titulo veniebant Romani in possessionem orbis nisi iure
belli, cuius maxima occasio fuerit defensio et vindicatio sociorum
sicut et Abraham ad vindicandum Melchisedec Regem Salem
et alios reges qui cum eo foedus percusserunt dimicavit contra 4. reges illius re-
gionis Gene. 14. atque ipse nullam iniuriam accepisset. Et ita videtur
ultimus titulus quo barbari potuerunt aut possent venire in possessionem
et dominium hispanorum eorumque provinciarum.

8us titulus posset non asseri sed revocari in disputationem et videtur aliquibus
legitimus, de quo ego nihil affirmare audeo sed nec omnino condemnare
et est talis barbari isti licet ut supra dictum est non omnino sint amentes
tamen parum distant ab amentibus ita ut non sint idonei ad constituen-
dam et administrandam legitimam rempublicam etiam inter terminos humanos et
civiles. Unde nec habent leges convenientes nec magistratus, imo nec
sunt satis idonei ad gubernandam rem familiarem. Unde et carent
litteris et artibus non solum liberalibus sed etiam mechanicis, et agricultura
diligenti, et opificiis et multis aliis rebus commodis, imo et necessariis
ad usus humanos. Posset ergo quis dicere quod pro utilitate eorum possent
principes hispaniarum accipere administrationem illorum et constituere illis per
oppida praefectos et gubernatores, imo etiam novos dominos illis dare, dum modo constaret hoc illis expedire. Hoc inquam
posset suaderi quia si omnes essent amentes non dubium quin hoc esset non
licitum solum sed convenientissimum, imo tenerentur ad hoc principes
sicut si omnino essent infantes. Sed videtur quod eadem ratio de
illis et de amentibus quia nihil aut paulo plus valent ad gu-
bernandum se ipsos quam amentes, imo quam ipsae ferae et bestiae, neque utuntur
cibis mollioribus neque pene meliori quam bestiae, ergo eodem modo possunt
tradi ad gubernationem sapientiorum. Et confirmatur hoc apparenter
nam si fortuna aliqua peste adulti perirent apud illos et manerent
pueri et adolescentes habentes quidem aliqualem usum rationis, sed in-
tra annos pueritiae et pubertatis, videtur profecto quod principes possent
accipere curam illorum et gubernare illos quamdiu essent in tali statu. Quod
si hoc admittitur videtur certe non negandum quin idem possit circa
barbaros supradictos propter hebetudinem quam de illis referunt qui apud eos fuerunt,
quam multo maior est quam apud alias nationes sit in pueris et adolescentibus

tibus, et certe hoc posset fundari in praecepto charitatis, cum illi sint christiani
veri et teneantur bonorum illorum curare, sed ut dixi sine assertione propono, et
est cum illa limitatione quod sit propter bonum et ad utilitatem illorum et non
tantum ad quaestum hispanorum, barbaris in omnibus vel nihilominus melius vel potius
sentibus quam prius habebant, in hoc enim est totum periculum animarum et
salutis, et ad hoc posset prodesse id quod supra dictum est quod aliqui sunt
amentes, nam tales omnino videntur esse isti barbari, et qui possent ex parte gubernari.

2 Sed ex tota disputatione videtur sequi quod si cessarent vel omnes tituli
itaque barbari nullam causam belli darent neque vellent habere hispanos
in principes etc., etsi cessaret tota illa peregrinatio et commertium cum
magna iactura hispanorum esset, et proventus principum magnum detri-
mentum acciperet quod non esset ferendum. / Respondeo primo commertium non
opporteret ut cessaret quia ut iam declaratum est multa sunt apud
barbaros quorum ipsi abundant et per commutationem possent hispanis
adferre, item esset multa quae ipsi pro derelictis habent quae tota omnibus volenti-
bus occupare, et Lusitani iam magna commertia habent cum similibus gen-
tibus quas non subiecerunt, et cum magno commodo. / Secundo fortasse
regii redditus non minores essent nam et iuste posset imponi vectigal
super aurum et argentum quod a barbaris reportaretur vel ad quintam
partem vel etiam maiorem pro rei qualitate et merito, cum navigatio
fuerit a principe inventa et sua authoritate essent tuti negotiatores.
Respondeo tertio quod cum postquam ibi iam facta sit conversio multorum barbarorum
neque expediret neque liceret principi omnino dimittere administrationem
illarum provintiarum, et sic est finis relectionis. //

17 [illegible]

UGR Biblioteca Universitaria